

calabrion metrum (calabrius versus)

1. GLOSS. IV 30. 1 calabrum genus versuum malorum quasi colobon vel iocularium.

GLOSS. V 626. 32 calabri versus obsceni.

2. — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ||

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 122. 9 sqq. item ex tribus dactylis accedente ad extimam clausulam pyrrichio seu iambo lyrici versus metrum, quod Graeci calabrion appellant, informabitur usurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his versibus solent. quod genus metri Annianus faliscum carmen inscribit, tamquam:

carmina per varios dare modos,

ut est illud apud Septimium Serenum: (Annian. 3 [FPL p. 346] Blänsdorf)

quando flagella ligas, ita liga,

vitis et ulmus uti simul eant.

ferme omnes dactyli sunt ultimo disyllabo accedente quolibet excepto spondeo. quod genus et ex penthemimere tome formari poterit, ita ut duobus dactylis et semipede partem orationis implentibus residua metri portio duobus disyllabis, id est pyrrichio et iambo, terminetur, ut:

vitis et ulmus uti simul eant.

3. ◡ ◡ — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ||

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 126. 30 sqq. calabrius etiam versus, quia occasio admonuit, inter anapaesticos numerabitur, utpote qui ex anapaesto et spondeo constet, velut:

habeatur ut est ventum, tibi comprecor errorem similem.

nam continet anapaestos duos et spondeum, item anapaestos duos et spondeum, ultimum anapaestum singularem. [F.R.]